

Aduertencias para

nec non quibuscumq; facultatibus, & gratis
[Fratrum professioni regularis Observantiae
non contrariis] alijs Ordinibus quibuscumq;
non Mendicantibus quoniodolibet concessis
& concedendis uti, frui, & gaudere posse atq;
debere in omnibus et per omnia, perinde ac
si eis specialiter concessa fuissent. Hæc Cle-
mens. 7.

¶ 6. Paulus. 4. Neapolitanus ex familia Car-
raffa fuit coronatus Romę. 7. Calendas Iunij
anni Domini. 1555. & ibidem apud Sanctum
Marcum sub anulo Piscatoris die prima se-
quentis mensis Iulij, Pontificatus sui anno
primo, pro maxima quam habebat erga
Ordinem nostrum deuotione, ad instan-
tiam Fratris Clementis de Monelia tunc Ge-
neralis Ministri Ordinis Minorum regu-
laris Observantiae, vniuersa & singula privile-
gia &c. tribus Ordinibus Sancti Francisci
concessa à Gregorio. 9. Bonifacio. 8. Alexan-
dro. 4. Nicolao. 5. Clemente. 4. Eugenio etiam
4. Leone. 10. Clemente. 7. Paulo. 3. et Iulio etiā
3. ac aliis Romanis Pontificibus predecessorib-
us suis, et Sede Apostolica approbavit, con-
firmauit, innouauit, & de nouo cōcessit: etiam
per modum communicationis, & extensionis
cum